Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift



76v

nalibus & religosis clericis apostolice sedi intronizat. etiam si ille apostaticus ita cathedram beati Petri uoluerit. ut canonica electio intra urbem fieri non ualeat. ~~Unde Nicolaus papa statuit dicens.~~

Verum quia per pecunia et per plausum tumultu non canonica electione

J. c. iii. q. i. Paret.

Si quis pecunia uel o r d i n a t u r. gratia humana. aut populari. seu militari tumultu sine concordia & canonica electione cardinalium. & sequentium religiosorum clericorum fuerit apostolice sedi intronizatus. non apostolicus sed apostaticus habeatur. Liceat q; cardinalibus & aliis clericis deum timentibus & laicis inuasorem anathematizare. & ab humano auxilio a sede apostolica repellere. Quod si hoc intra urbem pficere nequerint. apostolica auctoritate extra urbem congregati in loco quo eis placuerit electionem faciant. concessa electa auctoritate regendi & disponendi res & utilitatem sce romane ecclesie iuxta qualitatem temporis quasi intronizatus sit. ¶ Electio uero romani pontificis etiam cum deliberatione predecessoris fieri debet. ~~Unde Symmachus ait.~~

S. d. xxiii. c. i.

Si pala de electione sui successoris decernere

Transitus pape si in n o n p o t e r i t.

opinatus euenerit. ut de sui electione successoris ut supra placuit non possit ante decernere si quidem totius in unum conuenerit ecclesiastici ordinis electio. consecrete epc electus. Si uero ut fieri solet studia ceperint esse diuersa eorum de quibus certamen emerserit. conuincat sententia plurimorum. sic tamen ut sacerdotio caritat qui captus promissione non recto iudicio de electione decreuerit. ¶ Sicut sup monstratum est electio summorum sacerdotum a cardinalibus & religosis clericis debet fieri. electio uero eorum diuino iudicio est reseruata. ~~Unde Anacletus papa ait.~~

S. d. lxv. c. i. n. y iii.

Summorum sacerdotum electionem sibi dns reseruauit.

Electionem summorum sacerdotum sibi dns reseruauit. licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. ¶ Loca uero in quibus primates patriarche. archiepiscopi. sint ordinandi. hec sunt sedes Lucium pp. & clementem atq;

D. LXXX.